B. N. C
FIRENZE
1142
11

CXLII

11

1142.11

Digitized by Google

1142
11
A

Cōmiſſio pro Ep̄o ⁊ Capitulo Ratzeburgeñ. contra magnuȝ inferioris Saxonie Ducem propoſita in publico Cōſiſtorio.



BEatiſſime Pater. Duas potiſſimum res eſſe: in politicis tradit
Ariſtoteles: quibus ſubuertuntur imperia: odiũ ⁊ contẽptus: odio
opponitur beniuolẽtia: contẽptui autoritas: ⁊ quẽadmodũ odiuȝ
cõflatur ſeuitia: violẽtia: cõtumeliis: difficultate: rapacitate. Ita beneuo
lentia cõciliat̃ clemẽtia: comitate: equitate: ciuilitate: benignitate. Contẽ
ptus autẽ ſicut cõtrahitur ſtudio voluptatũ: libidinis: comeſſationum:
ſtultitia ſecordiaqȝ: ſic ⁊ diuerſis rebus paratur autoritas: prudentia:
integritate: tẽperantia: ſobrietate: ⁊ vigilantia. Principis autem partes
eſſe oportere ait: diligẽter obſeruare quibus hec parentur: illa vitentur:
quas cũ accuratiſſime. S. T. nedũ in hoc ſummo maximoqȝ Imperio
Sed ab ineũte etate intra parietes ⁊ tecta ita obſeruaſti vt prudẽtia inte
gritate: tẽperantia: ſobrietate nulli vnqȝ Principũ ceſſeris. Clementia
vero: pietate benignitate: ciuilitate: facile oẽs antecellas. Id ſolum ad
extremã perfecti: rectiqȝ manũ ſupereſt: inuigiles ſcilicet vt quiſqȝ intra
ſuos fines cõtineatur: aliena nõ vſurpet: Deum optimũ Maximũ vene
retur: ⁊ colat: tuis ſanctiſſimis preceptis obſequatur: ſic enim ſublatis
odio ⁊ contẽptu: tua beniuolẽtia ⁊ auctoritate: Imperiũ hoc chriſtianuȝ
perpetuũ ſtabile ⁊ in pacis amenitate ſolidum conſtitues: ⁊ ſicut te iure
merito: meliorẽ Traiano: ſapientiorẽ Marcoantonio oẽs cognoſcũt: ſic
feliciorẽ Auguſto ſeſe nactos fuiſſe Principẽ gloriabuntur. Quod
ſi pater ſanctiſſime vt non contẽnatur Princeps inuigilandum eſt:
tunc maxime cũ de neglecta religione deiqȝ opt. Max. cultu agit̃: neduȝ
inuigilare. ſed totis (vt aiunt) viribus niti ac tendere: conari: inſudare:
elaborareqȝ oportet: cum in his ⁊ Maiores noſtri vere religionis culto
res: ⁊ hi qui fictis ſimulatiſqȝ deorum numinibus delectabãtur ſummũ
gubernãde reip. baſem cõſtituerunt. Inuigilare itaqȝ ſũmopere oportet
vt iniquitatis alũni huius nominis magni inferioris Saxonie Ducis
temerarii cõprimantur auſus. Siquidem is amens ⁊ perditus: poſtqȝ
Ratzeburgeñ eccleſiã in Epm ⁊ Clerum omnẽ multa impie nefarieqȝ
cõmiſerit non vt fur: ſed ereptor: nõ vt ſacrilegus: ſed hoſtis ſacrorũ:
religioniſqȝ nõ vt ſicarius ſed crudeliſſimus ſacerdotũ carnifex in hoc
an iuſtiſſimo: requẽtiſſimoqȝ atqȝ diuino conſeſſu per diſertiſſimũ ad-
uocatum in iudiciũ fuit adductus vt pñs defenderetur citatus: qui nõ
tantũ a cõparitione: ad inuidiã iudiciorum leuandã vel tu perationẽqȝ tollẽ-
dam abfuit: quantũ in ſacrilegiis: rapinis: nefandiſſimiſqȝ criminibus
impius: ſceleratus nefariuſqȝ perſeuerauit: ob que inſtante fiſci. S. T.

Procuratore: Decano: Canonicis: ⁊ capitulo eiuſdẽ eccleſie: diris exe-
crationibus cum ſuis cõplicibus fuit legitime irretitus: ⁊ ob illius pro-
teruiam contumaciãqꝫ totũ eius Dominiũ eccleſiaſtico ſuppoſitũ inter-
dicto: que vt medicinalia: non vt mortalia: nec eradicãtia remedia: dum
nõ contẽnant ſacri canones: inuenerũt: ipſe vero cuius cor Pharaonis
exẽplo induratũ eſt: non medicinalia ſed venenoſa cõfingens remedia:
cenſuras contẽnere: tremendũ. S. T. nomen paruipendere: nõnullos
ſibi obſequentes clericos (neſcio ſi verius vulpeculas dicã) qui ſacris
ſe immiſceant: diuina publice etiã in Locis interdictis celebrent: habere
nõ erubeſcit ſolum. Sed (bone deus) ſeſe Pontificẽ maximũ: ſũmũqꝫ
ſacerdotẽ in ſuo Dominio eſſe: poteſtatẽ ligandi abſoluendiqꝫ ſibi non
deeſſe: a te pater beatiſſime quem omnes vt verum chriſti in terris
Vicariũ venerantur: atteſtantur ⁊ obſeruant omne ius abdicatũ palam
profitetur. Sed vtinam verbo profiteretur tantũ: opere cõplet: ſiquidẽ
ſuperbie percuſſus ſcintillis: inobediẽdiqꝫ accẽſus furore: tua precepta
contẽnit: tua ſanctiſſima mandata negligere iubet: te orthodoxe ⁊ catho-
lice eccleſie Principem ⁊ caput negat: eccleſie vnitatẽ diffitetur. Iam
per Annũ in his indurato corde: de fide male ſentiẽdo: vt credere dignũ
eſt: debacchat: furit: ſordeſcit: Epm Clerũqꝫ omnẽ: iã Triẽnio a ſuis
ſponſis exules detinet: eccleſias bonis omnibus: diuiniſqꝫ ſacrificiis
ſpoliauit nudauitqꝫ: Delubra omnia ſanctiſſimis religionibus conſe-
crata depeculatus eſt. Et tandẽ quas res luxuries: in flagitiis: crudelitas
in ſuppliciis: auaritia in rapinis: ſuperbia in cõtumeliis: efficere potuiſſet:
eas oẽs in hoc ſolo Clerus omnis Ratzeburgeñ ſuſtinet: quem mitiori
deſcribere non valeo pictura pater. S. quã immanem quandã ⁊ tetram
beluam e Dracone: Lupo: Vipera: Urſo: ſimilibuſqꝫ conflatã portẽ-
tis: vndiqꝫ Sexcentis armatã oculis vndiqꝫ dentatã: vndiqꝫ metuẽdã:
aduncis vnguibus: ventre inſatiabili: humanis ſaginatam viſceribus:
humano ſanguine temulentam: infenſam omnibus: ſed precipue bonis
fatale quoddam totius Germanie malum: quam execrantur ⁊ oderunt
vniuerſi. Sed cum pater ſanctiſſime Lycurgus Lacedemoniorum
Rex populos ad obſequia Principum: Principes ad iuſtitiã impiorum
inſtitutos arbitretur: ſpurciſſime huius belue conatus: audaciam ſuper-
biam reprimere vltore gladio neceſſe eſt. Feciſti huſcuſqꝫ quod fidus
ac doctus medicus egrotanti exhibet: qui non adhibet ſectionem: aut
vſtionem: ſi malagmate: aut potione tolli malum poſſit: nec vnquã ad illa

deſcẽdit niſi morbo coactus:non proſunt vlterius huic leniora remedia
incaluit morbus : interiores habet radices : implenda eſt diuini illius
Platonis ſententia:qui recte monet a Principe nihil nõn tentandum
⁊ omnem(quod aiunt)mouendum eſſe lapidem priuſq̃ȝ ad vltimum
veniatur ſupplicium:agendum argumentis.nequis peccare velit:deinde
deterrendi metu numinis:malefactorum vindicis:preterea minis ſuppli
cii:quibus ſi nihil proficitur:ad ſupplicia veniendum : ſed leniora:que
medeantur morbo:non que tollant hominem:quod ſi nihil horum pro-
cedat:tum deniqꝫ vt mẽbrum deploratum: ⁊ immedicabile ab inuito le
gibus reſecandum:ne pars ſincera trahatur in vicium. Supplicat ig.ẽ
eidem .S.V.Idem Marius Procurator fiſcalis orator:cuius offi-
ciũ in premiſſis nullatenus cõquieſcere debet:quatenus eidẽ Reuerẽdo
patri.D. Aud’tori Camere qui ſententiam ⁊ cenſuras predictas vt
premittitur per eius locũtenentem promulgauit cõmittere ⁊ mandare
dignemini:vt conſtito ſibi quoad ipſum magnum Ducem eiuſqꝫ com-
plices ⁊ adherentes ſic declarates ⁊ in cenſuris predictis illaqueatos ⁊
inſordeſceñ de premiſſis ſeu ſaltẽ de inſordeſceñ in cenſuris per Annũ
vt ſupra.Et quoad alios qui ſcienter vel aliter doloſe vel culpabiliter
miſſas ſeu alia diuina officia in eccleſiis ⁊ locis interdictis celebrarunt
ſeu miniſtrarunt:ſeu in illis tã q̃ȝ perſone eccleſiaſtice cuiuſcũqꝫ ordinis
religioſe vel ſeculares quomodolibet ſe immiſcuerunt vel intromiſerũt
conſtito ſibi de premiſſis hactenus deductis ſeu forſan latius vel denuo
deducendis in futurum:etiam ſummarie ſimpliciter:⁊ de plano:ſolaqꝫ
veritate facti inſpecta:ac etiam extraiudicialiter quantum ſibi ſufficere
videbitur tunc eundem magnum Ducem eiuſqꝫ complices fautores:
conſilium auxilium ⁊ fauorẽ preſtañ ⁊ adhereñ vt prefertur declaratos
⁊ in cenſuris p̃dictis illaqueatos ⁊ inſordeſceñ in decreto ſeu executioñ
preſentium nominandos:necnon Martinum Bluſman in Muſtin qui
vltra alia cum aliquibus expreſſe dixit:⁊ affirmauit quod in deſpectũ ⁊
opprobriũ.S.V.ac ſub clipeo ⁊ potentia:ac auctoritate ipſius magni
Ducis volebat ⁊ intendebat quecũqꝫ diuina officia ac miſſas in parti-
buꝫ ⁊ locis interdictis celebrare ⁊ miniſtrare prout ptinaciter ſic effecit
ac Kopkinũ Tonazhel in Starlye:Gregoriũ Beſſeman in Gudovve
Hermãnuꝫ Kramer in Sedorpp.Henricũ Czie in Lutovve.Criſtia-
nuꝫ Gamme in Louuêborch Ioãnem Hauemã in Gulzovv.Bartho
lomeum Buſynck in Vvordt Ioãnem Krutzeman in Geyſbachten

Matthiam Snoke in Sovenbomē. Jacobum Nabelyn: Sovenecken Wvarnerū Hachgenborge i Brunſtorpp. Martinū Kock i Barſthorſt Heningum Tacke al's Tülle Godtfredū Mollenbecke ſancti Georgii prope ⁊ extra Ratzeborgh pro plebanis eccleſiarum locoꝝ predictoruꝫ ſe gereñ ac fratres Mattheū Aveyggere in ſancti Petri Ratzeburgh Joannē Coci in Boken Dominicum Grundis in Krumeſſe. Petrum Coci pro Monicis ac Viceplebanis dictaruꝫ parrochialium eccleſiarū ſe gerētes: ac Henricuꝫ Kniſeke: Hermanū Kopman: Joānē Bonhorſt in Louuenborch: Joachim Billerfelt. Joānē Holſte. Joānē Eggardi in Ratzeborgh pro Capellanis Ducis ſe gereñ necnon Bartholomeum Buſinck. Henricuꝫ Bockholt aſſertum prepoſitum Lubiceñ Theodericum Boddeker aſſertū Priorem in Ruddenuorde ordinis ſancti Spiritus in Saxia de Urbe: ⁊ fratres ſuos Capellanos Nicolaum Krele in Sovenecke ac Henricū Vorradt in Parkentyn Ratzeburgeñ dioc̄ pro plebanis ſe gereñ ⁊ Mathiā Meyſer aſſertos Canonicoꝫ Hildeſemeñ dicti Magni Ducis Conſiliariuꝫ ac. N. Priorem in Exen ordinis ſancti Joānis Hieroſolimitani ſe gereñ ⁊ illius fratres aſſertos ſuos Capellanos. Quiqꝫ licet coꝝ aliqui fuerint ⁊ ſint apoſtate ⁊ forſan layci: ⁊ ſeculares ⁊ irregulares: tamen ſub clipeo ſuggeſtione favore ⁊ auctoritate ipſius magni Ducis pro preſbiteris ⁊ perſonis eccleſiaſticis reſpective ſe gereñ in eiſdem eccleſiis ⁊ locis interdictis in partibus: publice ac ſcienter ⁊ pertinaciter Miſſas ⁊ divina officia in populo etiam pro maiori parte ab ipſo Duce ⁊ eis circumvento: ⁊ ipſis decepto celebrarunt ⁊ miniſtrarunt per ſe ipſos: aut coꝝ Viceplebanos in eiſdem ſe immiſcuerunt ⁊ alios eccleſiaſticos ⁊ ſeculares reſpective dicto magno Duci adhereñ cum eis immiſceri curarunt ⁊ fecerunt: omneſqꝫ alios ⁊ ſingulos qui in eccleſia ⁊ locis interdictis ſcienter ⁊ quoquomodo culpabiliter in p̄miſſis ⁊ divinis officiis ibidē celebratis ⁊ miniſtratis: ſeu etiam celebrandis ⁊ miniſtrandis ſeſe quomodolibet immiſcuerūt ſeu immiſcebunt in futurū vel al's quomodolibet conſcios complices ſeu culpabiles vel adhereñ auxilium conſilium ⁊ favorem ad hoc preſtātes etiā in decreto vel executione nominādos in Romana Curia: extra eam: ⁊ in partibus etiaꝫ per edictum publicum ⁊ cōſtito ſummarie ⁊c. de non tuto acceſſu moneat ⁊ requirat: moneriqꝫ ⁊ requiri mandet ⁊ faciat quatenus ſub maioꝝ excōmunicationis ⁊ Octuaginta Millium Ducatoꝝ auri de Camera quoad ipſum magnum Ducem: ⁊

Sex Milliũ quoad alios Illuſtres Nobiles Pꝛelatos. ⁊ Mille Du-
catoꝝ ſimilium per quãlibet aliã particularẽ perſonam nominatam vel
nominandam pꝛo vna dimidia Camere apoſtolice ⁊ reliqua dimidia
partibus: ipſis Oꝛatoꝛi ac Decano Canonicis ⁊ Capitulo eccleſie
Ratzeburgeñ applicañ. ac tranſlationis ſedis Epiſcopalis ex Ciuitate
Ratzeburgeñ ⁊ reductioñ ipſius Ciuitatis ad Oppidum ſiue ſimpli-
cẽ Villam: pꝛiuatioñ: amiſſioñ: ⁊ confiſcatioñ: Ducatus: Dominii ⁊
ſtatus ipſius magni Ducis: omniumqꝫ ⁊ ſingulorum alioꝛum: rerum ⁊
bonoꝛum ac officioꝛum ⁊ beneficioꝛum feudorumqꝫ eccleſiaſticorum ⁊
tempoꝛalium ipſius magni Ducis ⁊ alioꝛum quoꝛumcũqꝫ: que obtinẽt
ac inhabilitatis ad illa ⁊ alia quecũqꝫ impoſterum obtinenda confeſſa-
torumqꝫ omnium pꝛedictoꝛum: perpetueqꝫ infamie ⁊ maledictionis
eterne late ſententie cenſuris ⁊ penis ipſo facto incurrẽdis infra certũ
peremptoꝛium ipſius Auditoꝛis arbitrio pꝛefigeñ terminum perſo-
naliter per ſe ipſos: non autem per pꝛocuratoꝛem in eadem Romana
Curia ⁊ coꝛam pꝛefato domino Auditoꝛe Camere cõparuiſſe debeãt
⁊ eoꝛum quilibet reſpectiue debeat: ac idem magnus Dux eiuſqꝫ com-
plices ⁊ adhereñ ſic in cenſuris pꝛedictis declarati illaqueati ⁊ inſoꝛ-
deſceñ reſpondeñ quid: qualiter: ⁊ quomodo de oꝛthodoxa ⁊ Catholica
fide ſentiant: ac a ſuſpitione hereſis quã etiam ob longam inſoꝛdeſceñ
in cenſuris incurrerunt: ⁊ ab aliis pꝛemiſſis obiectis ſeu latius obiiciẽ-
dis: vel denuo deducendis in futurum: vt ſupꝛa: ipſe magnus Dux
eiuſqꝫ complices ⁊ adherentes ſic declarati: illaqueati ⁊ inſoꝛdeſceñ. ⁊
alii ſuperius nominati: ⁊ etiam in decreto vel executione nominandi ſeſe
legitime excuſandi ⁊ expurgandi: ⁊ cum ipſo Pꝛocuratoꝛe fiſcali iuri
ſtandi ſuper pꝛemiſſis: quo termino elapſo: ſi ſic vt pꝛefertur non com
paruerint: ſeu ſi comparuerint ⁊ ſeſe legitime non excuſauerint ⁊ expur
gauerint: tunc ſeruatis quatuoꝛ terminis ad docendum Monitoꝛio
hmõi nõ paruiſſe Pꝛimo: Secũdo: Tertio: ⁊ Quarto: magnũ Ducẽ
eiuſqꝫ complices ⁊ adherentes ſic declaratos illaqueatos ⁊ inſoꝛdeſceñ
de hereſi ſuſpectos fuiſſe ⁊ eſſe: ac ipſos ⁊ alios pꝛedictos ſuperius no
minatos ac in decreto vel executione nominãdos vt ſupꝛa ⁊ eoꝛum quẽ
libet coniunctim vel diuiſim: oẽs ⁊ ſingulas ſentẽtias: cenſuras: ⁊ penas
pꝛedictas: ⁊ alias quaſcũqꝫ a iure cõmuni: ⁊ ſacris Conſtitutionibus ⁊
cõtra inſoꝛdeſceñ in cenſuris ⁊ de hereſi ob longã inſoꝛdeſcentiã ſuſpe
ctos editis ⁊ pmulgatis inflictis incidiſſe ⁊ incurriſſe declaret: illaſqꝫ

aggrauet reaggrauet: interdictum eccleſiaſticum ad oīa ⁊ ſingula loca in quibus vel ad que ipſos vel eorum alterum declinare ſtare vel cōmorari contigerit apponat Brachiiqꝫ ſecularis auxilium inuocet contra eoſdem: contra quos etiam ad ipſius Oratoris inſtantiam ſuo quoqꝫ iure ordinario procedere ⁊ ipſos pro modo culpe vel innocentie condem iure punire vel abſoluere: ac litteras quaſcūqꝫ etiam compulſoriales ⁊ remiſſoriales: etiam generales vel ſpeciales: etiam pro iudiciis: pro iuribus extrahendis ⁊ teſtibus examinandis extra Roman Curiã ⁊ in partibus: ac litteras quaſcūqꝫ extenſiuas interdicti ſpecialis predicti ad ⁊ per Ciuitatem Zuuerin: Ac Oppida Roſtock But, ovv. Sterneberck dictē Zuuerin ⁊ Oppida ⁊ loca Gadebuſſe Greueſmollen Boyſenborch Vvtteborch Vviſmer Bergerdorp Ratzeburgen ac Luneborch verden ⁊ Hamborch Bremen reſpectiue dioc. ac etiam ad quecūqꝫ alia loca extra Dominium ⁊ Ducatum dicti magni Ducis de quibus ipſi Auditori videbitur ⁊ placebit ac ipſum interdictum ſpeciale etiam extra Dominium dicti magni Ducis arbitrio ſuo ad predictas Ciuitates Oppida ⁊ loca: ac ad quecūqꝫ alia loca de quibus ipſi Auditori placebit: etiam per edictum publicum conſtito ſummarie ⁊c. de non tuto acceſſu extendere: ampliare: decernere ⁊ exequi: que in premiſſis neceſſaria fuerint ſeu etiam quomodolibet opportuna poſſit ac valeat ⁊ debeat: etiam donec ⁊ quouſqꝫ idem magnus Dux ⁊ alii ad cor reuerſi abſolutionis beneficium obtinere: ⁊ ad fidelium vnionem ⁊ ſancte matris eccleſie gremium redire curauerint: vel vt heretici ⁊ apoſtate catholice fidei: debite puniti fuerint. Premiſſis ac Conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis illis preſertim S. V. quibus inter alia caueri dicitur ꝙ littere remiſſoriales alias q̄ ſub plumbo expedite ſint nulle ⁊ irrite quecunqꝫ in cauſa huiuſmodi commiſſiones alique ſub quauis etiam motus proprii forma alia quam propria manu. S. V. ex aduerſo non ſignentur alˀs ille cum omnibus indeſecutis vel ſubſequen ab eis ſint nulla ⁊ irrita ſtilo Palatii ceteriſqꝫ in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcūqꝫ ſtatum ⁊ merita cauſe ⁊ cauſarum hmōi nomina ⁊ cognomina: denominationes: gradus ſtatus: nobilitates: dignitates: eorumdemqꝫ ⁊ aliorũ criminum ⁊ exceſſuum: etiam latius ſeu denuo deducendꝫ circumſtan grauitates ⁊ importan. etiam ſi maiori expreſſione indigerent pro ſufficienter expreſſis haben.

¶ Anno a Natiuitate Domini noſtri Iheſu Chriſti. M. D. XX. Indictione Octaua. Die vero Nona Ianuarii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ⁊ domini noſtri, domini Leonis: diuina prouidentia Pape. X. Anno Septimo preſens commiſſio fuit propoſita coram Sanctitate ſua in publico Conſiſtorio habito in reditu Reuerendiſſimi in Chriſto patris ⁊ domini domini Bernardi ſancte Marie in Porticu Diaconi Cardinalis pro eodē Sanctiſſimo domino noſtro ⁊ apoſtolica ſede apud Chriſtianiſſimum Francie Regem Frāciſcum eius nominis primum de latere Legati. Aſſiſten̄ prefato ſanctiſſimo domino noſtro .p̄p̄. S. R. E. Cardinalibus ⁊ plurimis Archiepiſcopis Epiſcopis Prothonotariis: ſacri Palatii apoſtolici cauſarum Auditoribus ⁊ q̄ꝫ plurimis aliis Curialibus. ad quam Sanctitas ſua reſpondit.

Placet.

1142.11
Z
46226

MC